



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CCXXI. Peter von Samter (Szamotuli) verspricht dem Kurfürsten die zu Pila (Schneidemühl) befindlichen Landesbeschädiger von ihrem Verfahren abzumahnen, fordert aber zugleich Ersatz für ihm von ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CCXXI. Peter von Samter (Szamotuli) verspricht dem Kurfürsten die zu Pila (Schneidemühl) befindlichen Landesbeschädiger von ihrem Verfahren abzumahnem, fordert aber zugleich Ersatz für ihm von Unterthanen des Kurfürsten zugefügte Verlegungen, am 21. October 1456.

Illustris Princeps, domine et domine noster generosissime. Sane intellexi D. v. scripta, qualiter D. v. querulatur super eos, qui sunt in Pyla, Quomodo villas D. v. reciperent et deuaftarent. Scire velit eadem D. v. quia Serenissimus Princeps dominus Kazimirus, dei gracia Rex polonie, Magnus dux lithwanie, Russie, Prussieque dominus et heres, dominus noster generosissimus de talibus nulla scit, prout et nos, neque ex mandato ipsius domini nostri regis faciunt, sed puto, quod propria sua voluntate vsi talia faciunt, quod est contra dominum nostrum Regem Polonie et nos omnes, quia dominus noster generosissimus Rex polonie cum D. v. nullum discordiam nec eciam aliquam litem cupiens inire prout nec vult, sed omnes amicabiles compositiones sincere peragere, ceterum D. v. velit vna cum querela mea, Quoniam vestros per subditos, videlicet Hannus Zeweld, villa in quadam eciam D. v., nostri homines de Schamotuli, videlicet Jabyel et Vyczba et plures alii, versus Sthethyn tendentes, via in publica cum adiutorio coincolarum ville predictae D. v. cum omnibus eorum mercimoniis sunt recepti et soli in captiuitati paciuntur, quibus recepti sunt plus quam quadringenti floreni ab eisdem. Quare supplico D. v., quatenus nostris predictis hominibus eorum bona restituere demandentur vestram per dominacionem soli quoque liberi mittantur. Item Burggrauus D. v. in Drfdczen pontem nostrum fluuio in Drawa destruxit et in nichilum redegit, ybi ex antiquo via, strata et publica erat et quod eciam eadem D. v. nostrum pontem reedificari mandaret, prout ante fuit, quia ego complacentiam ac seruicia D. v. studeo peragere. Quia mementote verborum, que locuti estis in Bydgosza, quod D. v. fauorem mihi dedit et in futurum eundem exhibendum promisit. Ad eos quoque, qui in Pila sunt, suam per litteram perswadens illis scribo, ne talia dampna et obrobria D. v. amplius facere non debeant et quod discordiam et litem inter D. v. et dominum nostrum Regem facerent. Rursum velit D. v. mihi scribere, si predicta bona nostrorum hominum restituere debeant aut quouismodo alio mihi insinuare. Datum in Schamothuli, feria quinta, ipso die vndecim milia virginum, Anno domini Millesimo CCCCL^o sexto.

Petrus de Schamothuli, Castellanus Poznanienfis, seruitor v. D.

Illustri Principi Domino et Domino Frederico
d. g. Duci Saxonie (sic), Marchioni Brandbur-
genfi, Sacri Imperii Electori, domino generosissimo.

Nach dem Orig. im Geh. Staatsarchive.